Viro Praenobili et Illustrissimo,

Dn: Antonio Magliabechio

Serenissimi Magni Etruriae Ducis Cosmi III

Bibliothecario celeberrimo,

Literarum atque eruditionis miraculo

Inclytissimo

Patrono et Fautori honoratissimo

hasce artis Academicae primitias

humiliter offert

Illustrissimae Dominationis ipsius

Dab. Liburni $\frac{30 \text{ Oct:}}{10 \text{ Nov.}}$ An: 1674.

Cliens ac servus devotissimus

Janus Birchenrodius

Junior Danus

ΤΙΜΑΙΟΥ,

sive in

Philosophi

PLATONIS

Dialogum de universi natura,

vel (uti inscribitur)

TIMÆUM

EXERCITATIO HISTORICO-PHILOLOGICO-PHILOSOPHICA PRIMA,

quam

Felici Summi Numinis auspiciô,

ut &

Benignô Nobilissimi Senatus Academici suffragiô,

publicè ventilandam proponit

PRÆSES

JANUS BIRCHERODIUS FIL.

Philosoph: Baccalaur:

RESPONDENTE

OVENO SCHRØDERO SAMUELIS FILIO,

Pridie Calend: Junij horâ octavâ in Auditorio Collegii Regii.

HAFNIÆ,

Literis CHRISTIANI WERINGII Acad. Typ.

Anno MDCLXXXII.

APPROBATIO.

INgeniosa in ea ætate Dissertatio legi publicè meretur, dummodo per omnia etiam Amplissimis Dominis Theologis se approbet, Hafn: 17. Mart: 1682.

OL: BORRICHIUS.

Imprimatur.

JOH: LASSENIUS.

d: 21. Mart: 1682.

α. ω.

PROOEMIUM.

CAP: I,

qvod

PLATONIS

(α) nativitatem, (β) educationem, (γ) scripta, (δ) encomia, (ε) vitia, & (ζ) sectæ ipsius propagationem συνοπτικῶς complectitur.

PLATO non (1) Philosophus iste Rhodius Panætii discipulus Poëta Atheniensis veteris cōmœdiæ, qvi circa LXXX Olympiad: claruisse dicitur, composuitq; teste Svida, fabulas XXVIII, nec Peripateticus Aristotelis alumnus, nec Praxiphanes, sed divinus ille (2) ab Arnobio dictus, (3) Numenio Pythagoræo Moses Atticissans, teste Apulejô, (4) Aristocles prius ex Avi nomine vocatus, postea propter habitudinem corporis (5) Pla-

(1) *Platonis Rhodii versus citantur tum apud alios, tum inprimis apud Plutarchum in Alcibiade, Antonio, & Pericle, apud Clement: Alexandrinum, Svidam Pollucem, Galenum, & Athenæum: nonnulla autem ejus sententiæ reperiuntur inter L Comicorum Græcorum sententias, collectore Jacobo Herbeliô, ut testatur Nobiliss: Petr: Resenius in Edda Islandica Snorronis Sturlæ Hafn: 1665. Vixit verò hic Plato annô à mundo condito 3550, Periodi Julianæ 4260.* (2) *Plato ille divinus multa de Deo digna nec communia sentiens multitudini, Arnob: lib. II Lipsius lib: I. man: ad Stoic: Philos: dissert: IV. Joann: Sarisber lib: II. c. 5 6.* (3) Τί ἐστι Πλάτων, ἢ Μωϋσῆς Ἀττικίζων, *Numen: Philos: Pythagoræus apud Clem: Alexand: lib: I. strom: pag: 251.* (4) (5) *Platoni habitudo corporis*

cogno-

(5) Plato, (6) qvi Aristone Patre, & Matre Perictionâ natus est Athenis LXXXVIII Olympiad: Thargelionis septimâ, qvâ die natum Apollinem Delii autumant, & (7) cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, singulari orationis svavitate celebris olim futurus prædictus, literas apud (8) Dionysium didicit, exercitatus subinde apud (9) Argium Palæstritam, usq; ad 20 ætatis annum, qvò (10) Socratem audivit, postea Cratylum Heracliti discipulum, deinde Hermogenem, qvi Parmenidis Philosophiam amplectebatur. hinc Megara profectus Euclidem, natusqve 28 annos Theo-

cognomentum dedit, namq; Aristocles prius nominatus est, Apulejus de dogmate Plat: Alexander in successionibus. Sunt qvi διὰ πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας, *id est ob orationis ubertatem sic appellatum putant, sive* ὅτι πλατὺς ἦν τὸ μέτωπον, *qvòd amplâ fuerit fronte, ut Neanthes scribit, teste Laërt: de vita Plat: l. III.* (6) Γίνεται Πλάτων ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασι. *(h. e. annô à mundo condito 3580, ante Christum 420, ante nos 2102,) ut Apollodor. testatur in Chronicis apud Diog: Laërt: lib: III pag: 187. Non valet itaq; eorum sententia, qvi Mardochei & Estera tempore circa ann: mundi 4401 eum vixisse autumant, ut scribit Juchasin pag: 13 & exeo R. David: Ganz: in Chronol: Sacra & profana p: 175, imo nec eorum, qvi Platonem tempore Jeremia Propheta circa ann mundi 4300 extitisse dicunt, uti scribit Aben Jachaii in libro Schalschelet Kabala pag: 101 & exeo R: David Ganz: in Chronol. 171* (7) *Platoni in cunis parvulo dormienti, cum apes in labellis consedissent, à, responsum est, singulari illum orationis svavitate futurum, ità futura eloqventia provisa est in infante. Cicero de divin. c. 36 & Val: Max: l: 1 c. 6. ext: 3. Oven: lib: II. Epigramm: 156.*

Qva primùm in labris pueri sedêre PLATONIS,
In libris resident usq; PLATONIS, apes.

(8) *August: de civit: Dei lib: 8. c. 4* (9) (10) *Alexand. in successionibus, Laërt: l: III. pag: 190.* Γεγονὼς δὴ εἴκοσιν ἔτη, διήκουσε Σωκρά-

Theodorum Mathematicum, & in (11) Italia Eurythrum & Philolaum. Præter hos autem habuit summos sapientiæ Magistros (12) Philonem Hebræum, & Mercurium Trismegistum, qvorum prior in Chaldaica, posterior in Ægyptiaca sapientia Princeps fuisse dicitur. Qvantùm ex Philone Plato fuerit edoctus, apud Græcos jactatum declarat proverbium: ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. Ex Mercurio autem Trismegisto desumpta esse Platonis plurima, qvi antiqvorum monumenta excusserunt, testes sunt locupletissimi. Etenim cum sub cura & industria tantorum virorum, tamq; illustrium tam multiplicis sectæ Authorum informatione ad justam maturuisset ætatem, magnificos in veteri illa (13) Academia (14) nemoroso Hecademi Herois fundo, 1000 passus

Σωκράτους, ἐκείνου δ᾽ ἀπελθόντος προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ καὶ Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι, ἔπειτα γινόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην ὑπεχώρησεν, ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον μαθηματικόν. κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυθρον. (11) *De Platonis in Italiam profectione, & cum Dionysio Siculorum tyranno familiaritate scripsit Diog: Laert: l: III, Ælianus, Athenæus, Cicero, & alii, & præsertim ipse Plato in epistolis suis, nec non in epist: Socratic: 22.* (12) *Nobiliss: Resenius in Edda Islandica.* (13) (14) *Academia dicta est à qvodam Heroë hujus Gumnasii Authore Academo priùs Hecademo dicto. Timon in Platonem:*

Τῶν πάντων δ᾽ ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ᾽ ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ᾽ Ἑκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.
Hos inter Dux ille Plato celsissimus ibat,

 Cujus

paſſus ab Athenis diſtante (15) ludos aperuit, ubi ſingulorum, qvotqvot ſeſe conſultum veniebant, commodis commodè inſerviens plurima plurimarum ſcientiarum arcana diſcipulis eruditè expoſuit, id qvod inſignia profundæ ipſius doctrinæ documenta maniſeſtisſimè evincunt; præter enim varios varii thematis dialogos, (16) qvos primùm ſcripſisſe dicitur, (17) in perennem nominis memoriam egregrios hoſce, qvos ſeqvens tabella exhibet, libros poſteritati reliqvit, ſunt autem

	Ord:		Ord:	
		I. Παρακελευστικοί.		II. Phyſic:
	2.	Ἐρασταί, ἢ περὶ φιλοσοφίας, Amatores ſive de Philoſophia.	32.	Τίμαιος, ἢ περὶ φύσεως. Timæus ſive de natura.
Ordine juxta Platonem				III. (18) Ethici.
	3.	Θεάγης, ἢ περὶ σοφίας. Theag: ſive de ſapientia.	1.	Ἵππαρχος, ἢ φιλοκερδής. Hipparch: ſive de lucri cup:

Μίνων,

Cujus ab ore melos manabat, qvale Hecademi
Arbuſtis lepidâ modulantur voce cicadæ.

Eupolis in Aſtrateutis: Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ, *In ambulacris Academi umbroſis Dei, ut & Horat: l II. Epiſt:*

Atq; inter ſilvas Academi qværere verum.

Erat a. Academia Gymnaſium ſuburbanum & nemoroſum, ubi Plato docebat. Plutarchus in Theſeo, Svidas, Laert:, & Mich: Apoſtolius adag: 31 centur: 2. Non tamen rarò Heros is Academus vocatur in Græcis Latinisq; codicibus, ut vel utrôq; nomine fuerit vocatus, vel perperam Academus ſcribatur, uti cenſet V. Cl: Joann: Meurſius (15) Ludos magnificos Athenis exhibuit, Dione ſumptus ſuppeditante, ut ait Athenodorus in octavo περὶ πάτων libro. (16) qvod cautè capiendum, nam ante Platonem Zeno Eleates & Alexamenus Tejus dialogos ſcripſére, ut ab aliis proditum eſt; Sed Plato ut Laërtius ait ἀκριβώσας τὸ εἶδος τὰ πρωτεῖα δικαίως ἀποφέροι *1. Gerard: Voſſius de Philoſ: ſectis cap. XII p 71. (17) Optabat inſuper memoriam ſui vel in libris, vel in amicis relinqvi, Phavorinus in III, Comment: (18. Ethicos libros ſic dividit Nobiliſ. Reſenius in Edda Jslandica. (19) Mar.*

4. Μένων, ἢ περὶ ἀρετῆς. Menon sive de virtute.

5. Ἀλκιβιάδης πρῶτος, ἢ περὶ ἀνθρώπου. Alcibiad: 1. sive de homine.

6. Ἀλκιβιάδης δεύτερος ἢ περὶ προσευχῆς. Alcib: 2. sive de precatione.

8. Εὐθύφρων, ἢ περὶ ὁσίου. Euty-phro sive de sanct:

10. Φίληβος, ἢ περὶ ἡδονῆς. Philebus sive summo bono.

11. Ἱππίας μείζων, ἢ περὶ τοῦ καλοῦ Hippias major sive de pulchro.

2. Λύσις, ἢ περὶ φιλίας, Lysis, sive de amicitia.

18. Εὐθύδημος, ἢ ἐριστικός. Euthydem⁹ sive de contentione.

19 Ἱππίας ἐλάττων, ἢ περὶ τοῦ ψεύδους. Hippias sive de mendacio.

20 Χαρμίδης, ἢ περὶ σωφροσύνης Charmides, sive de temperantia.

21. Λάχης, ἢ περὶ ἀνδρείας. Laches sive de fortitud:

22. Κλειτοφῶν, ἢ προτρεπτικός. Clitophon vel exhortatorius.

25 Συμπόσιον ἢ περὶ ἔρωτος Convivium sive de amore

26 Φαῖδρος, ἢ περὶ καλοῦ. Phædrus, sive de pulchro.

27 Ἀπολογία Σωκράτους, Socratis Apologia.

28 Κρίτων, ἢ περὶ πρακτοῦ. Crito, sive de eo, qvod agendum est.

29 Φαίδων, ἢ περὶ ψυχῆς Phædo, sive de animo.

30 Μενέξενος, ἢ Ἐπιτάφιος λόγος. Menexemus, sive funebris oratio.

34 Κριτίας ἢ Ἀτλαντικός. Critias, vel Atlanticus.

37 Ἐπιστολαί, Epistolæ.

IV. Politici.

7 Μίνως, ἢ περὶ νόμου. Minos sive de lege.

16 Πολιτικός, ἢ περὶ βασιλείας. Politicus, sive de regno.

31 Πολιτειῶν ἢ περὶ δικαίου Βίβλια δέκα. Politicorum, sive de justo libri 10.

35 Νόμων Βίβλια δέκα. lib: 10 de legibus.

36 Ἐπινομίς, Epinomis de lege.

V. Logici.

9 Παρμενίδης, Parmenides.

13 Θεαίτητος, ἢ περὶ ἐπιστήμης. Theætetus sive de scientia.

15 Σοφιστὴς, Sophiſta.

17 Πρωταγόρας, ἢ Σοφισταί, Protagoras, ſive Sophiſtæ.

23 Κράτυλος, ἢ περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Cratylus, ſive de lecta nominum ratione.

VI. Rhetoric:

24 Γοργίας, ἢ περὶ ῥητορικῆς. Gorgias, ſive de Rhetor:

14 Ἴων, ἢ περὶ Ἰλιάδος, ἢ περὶ ποιητικοῦ χαρακτῆρος, ἢ περὶ ποιητικῆς ἑρμηνείας. Jon, ſive de Iliade, ſive de Poët: charactere, ſive de Poëtis exponendis.

Inter editiones autem laudatæ qvidem I Baſilienſis cum Procli comment: 1534. II. Henrici Stephani II Volum: 1574 in folio III. Laudatiores Serraniana apud Henricum Stephanum 1578 Vol: II. & IV Francof: in fol: edita 1602, Laudatiſſimæ verò Græco-Latina Henrici Stephani Lutet: 1578 Vol: III. nec non VI (19) Marſilii Ficini cum interpretatione Lat: Lugduni 1590, qvin & caſtigatisſimæ.

(20) Præter verborum interpretationem conati ſunt multi qvoq; rebus ipſis adferre lucem. Annotationibus enim opera Platonis illuſtrâre Serranus, Henricus Stephanus, Gvil: Læmarius, & ante illos Marſilius Ficinus, Proclus qvoq; Plut: diſcipulus in Platonem & Heſiodum commentatus eſt. Speuſippus (21) ſcripſit in librum Platonis, qvi inſcribitur περὶ δείπνου. Themiſtius ſcripſit ἐξήγησιν operum Plat:, teſte Photiô in Bibliotheca. Franciſcus Victorius Bergomas annotationibus opera Plat: illuſtravit Felix Accorambonus in difficiliores Platonis ſententias notas promiſit in epiſt: dedicat: ad annotationes ſuas in opera Ariſtot. Platonis argumenta con-

(19) Marſilius Ficinus Platonis interpres Serranô fidelior eſt & purior, ut teſtatur Claudius Verder: Antonius incenſione Auctorum pene omnium antiqvor: pag: 133. (20) ut recenſet Nob: Reſenius in Edda Jslandorum Snorronis Surlæ (21) teſte Diog: Laert: lib: III. (22) Op-

conſcripſit Mart: Micronius, qvæ cum Latinis Galeni operibus excuſa ſunt Baſileæ 1594. De Philoſophia Platonica ſcripſerunt Alcinous, Maximus Tyrius, Mich: Boſcius, Proclus Lycius, Eraſmus Rudingerus, Seb: Faxius, Jac: Mazonius. Albinus & Georgius Acanthius. Solidam luculentamq; defenſionem de Platonis Philoſophia contra eos, qvi Platonem putidis calumniis traducunt, conſcripſere Beſſario, Joan: Sturmius, & poſt eos Joann: Serranus in præfat: ad Lectorem Tom: I. operum Platon: Propter autem tot ac tanta illuſtris doctrinæ monumenta partim diſcipulis ſuis ſola communicata, partim toti poſteritati, qvia relicta, communia, haud immeritò (22) à Græcis ſummè laudabatur, utpote miraculò literarum maximè inſignis, cúmq; (23) ad Olympia ſemel deſcendiſſet, pleriq: Græci ad eum concurrebant, relictis ludis, illum velut Numen venerati, (24) qvin & Syracuſas venienti Dionyſius Tyrannus navim laureatam obviam mittebat, è navi autem exſcendentem qvadrigis excipiebat ſummam Platonis ſapientiam hòc cultu æſtimans, imo haud immeritò à Cicerone dicebatur (25) omnium, qvicunq; ſcripſerunt, aut locuti ſunt, & copiâ dicendi, & gravitate princeps, (26) qvaſi Deus qvidam Philoſophorū, (27) in dicendo Jovi æqvalis, & (28) non ſolùm lingvæ, ſed animi etiam ac virtutis

(22) *Opſopæus, qvi epigramma Diogenis reddidit Lat: in Antholog: Græc; lib: III. c. 37. n: 4.*

Ni doctum Græcis genuiſſes Phœbe Platonem,
Prorſus nemo animis, qvi medeatur, erat.
Corporis eſt Medicus ſatus ex te Æſclepius ægri,
Æternæ ut ſapiens eſt animæ ipſe Plato.

(23) (24) Diog: Laërtius lib: III (25) Cicero in orat. cap: 19. vide de Fin: c: 3. (26) Idem lib: II. & IV. ad Attic Epiſt. 16. (27) Idem de claris Oratoribus c. 31. Qvis uberior in dicendo Platone? Jovem ſic, ut ajunt Philoſophi, ſi Græcè loqvatur, loqvi. (28) *Idem l. III. de Orat. cap. 25. 34.*

Top

tutis Magister, (29) qvin & sapientissimus Græciæ longeq; doctissimus, (30) ab Augustinô diis ipsis præferendus, (31) Valeriô Maximo omnium mortalium sapientissimus, eò qvidem usq;, ut, si ipse Jupiter coelo descendisset, nec elegantiore, nec beatiore facundia usurus videretur, (32) eruditissimô pectore præditus, (33) Panætio divinus, sapientissimus, sanctissimus, Philosophorum Homerus, (34) Antimachô unus instar omnium millium (35) Aristide Græcorum præstantissimus, & rerum humanarum atq; divinarum peritus, (36) Max: Tyrio, qvô nihil unqvam rerum natura vidit facundius, ne Homerô qvidem exceptô, (37) & antiqvæ Musæ Alumnus, (38) Plinio sapientiæ Antistes (39) Salviano Romanus CATO, alius Italiæ Socrates, (40) Arnobio prudentiæ non parvæ & examinis judiciiq; perpensi, (41) Plato ille magnus piè sancteq; sapiens, (42) Clement: Alexandrinô veritatem Philosophorum ità sectatus, ut Hebraicæ veritatis excitârit scintillam, (43) Laërtio aureus dictus, Hieronymo (44) magnâ gloriâ elatus, & θεῖος dictus, qvod disertè adeò Philosophiam tractârit. Interea de Platone & probè observandum, (45) qvòd dictio

(29) *Cicero l: II. de leg: c. 6. & orat: pro Rab:* (30) *Vide Augustin: lib: II. de civitate cap: 14.* Θεοσέκελος *epigramm: 18 lib: IV. Anthol:* (31) *Val: Maximus lib: VIII. c. 7. exst: 3.* (32) *Idem l: VIII. c. 12.* (33) *Panatius apud Cic: I. Tusc 32.* (34) *Antimachus apud Cic: in Bruto c. 5.* (35) *Aristid tom: III. orat: Plat: pag: 423* (36) *Maximus Tyrius dissert: prima* (37) *Idem dissert: XV. pag: 157.* (38) *Plinius lib: VII. c. 30.* (39) *Salvianus lib: VIII. de Gubernat: pag: 298.* (40) *Arnobius lib: II. adversus gentes pag: 31.* (41) *Idem librô II.* (42) *Clement: Alex: II. Pad: c 1. confer: Justinum Mart: orat: paranet: ad gentes Svid: in Apollon:* (43) *Laërtius lib: X. pag 711.* (44) *Hieronymus lib. I. adversus Jovianum vocat divinum, profundum, nec à juvenilibus ingeniis intelligi* (45) *Aristoteles lib: II. de Demonst: & VI. Top:*

dictio ipsius minùs idonea sit ad philosophandum, peccat enim in eo, qvod multùm gaudeat Metaphoris, iisq; non verecundis, sed audacibus & planè poëticis atq; φορτικοῖς. Utcunq; igitur ejus dictionem extollant, qvi Jovem dicunt, si cœlo descenderet, Platonis sermone usurum, Philosophiæ tamen, meô eqvidem judiciô, magis convenit dictio propria, aut tralationes receptæ, & usitatæ. Imò & attendendum, (46) qvod in dialogis poëticum affectare stilum videatur, (47) nec apertè in prooëmiis proponat, qva de re sit dicturus, qvæ res obscuriorem facit. Et certè (48) Plato Philosophi munera non exeqvitur, malè siqvidem dividit, interdum non optimè definit, exemplo sit hominis definitio ab illo tradita, ob qvam à Diogene fuit tam vehementer castigatus: Homo est animal implume, bipes; id genus tradidit innumeras definitiones à Speusippo in volumen redactas, qvæ vel ei, qvi ex Trophonij antro rediisset, risum moturæ essent. (49) In eum asperrimè insultavit Timon, qvòd Timæum dialogum coemptîs librîs Philolai Pythagorici Philosophi absolvisset. Aliàs de Platone cautè legendo scripsit volumen Joh. Bapt. Crispus. Obiit verò prædictus Philosophus tantîs tantorũ virorum encomiîs illustris, vitiorum tamen haud planè expers (50) CVIII Olympiadis annô primô, ætatis 81 annò, si Hermippum audimus, si Neanthem (51) 84 (52) sepulchrô variîs ἐπιγραμ-

Top: item Alex. in lib: I. priorum. (46) *Cicero in Bruto.* (47) *Unde Aristoxenus Aristotelis Discipulus hôc etiam nomine Aristotelem prefert, qvòd clarè illud proponat, de qvo deinceps differit.* (48) *Claud. Verderius Antonius in censione Auctorum pene omnium antiqvissimorum pag. 132, 133.* (49) *Gell. lib. III. c. 17.* (50) Τελευτᾷ δ᾽ ἐν γάμοις δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. *Hermippus.* (51) Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν *Neanth:* (52) *Omissîs 4 aliîs unicum hic inseram:*

 Σοφε-

χαυμάτων inſcriptionibus inſignitô conditus in (53) Academia, ubi plurimùm temporis philoſophatus fuerat, unde Mithridates Perſa (54) Platoni ſtatuam in Academia locavit ità inſcriptam: Μιθριδάτης ὁ ὑὸς Ῥοδοβάτου Πέρσης Μουσαῖς εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος, ἣν Σιλάνιον ἐποίησε. Mithridates filius Rodobati Perſa Muſis imaginem Platonis dicavit, qvam Silanio fecit. Qvi igitur poſt Platonis mortem Plat: Academiam ſecuti ſunt, è loci vocabulo nomen habuerunt, & (55) Platonis æmuli ſectatoresq; (56) Academici nominati ſunt, poſtea verò (57) Academiâ qvaternis mutatâ vicibus (58) Platonici, qvi

Σωφροσύνη προφέρων θνητῶν ἤθει τε δικαίῳ
Ἐνθάδε δὴ κεῖται δῖος Ἀριστοκλέης.
Εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον
Τοῦτον ἔχει πλεῖστον, καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται.
Juſtitiâ cunctis præſtans, vitaq; modeſtâ
Hoc ſitus in tumulo divus Ariſtoclees.
Si qvenqvam ad magnos ſapientia vexit honores,
Hunc citra invidiam vexit & ipſa virum.

(53) teſte Diog: Laërt: (54) ut in prim. comment: tradit Phavorinus: ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν *pag: 210, 211. (55) teſte Cicerone Acad: 1. & in prin: lib: 5. de finib: (56) Ut Svidas tradit (57) Primò ſub Arceſila, teſte Heſychio III. Secundò ſub Carneade Cyrrnæo, teſte Cicerone, & Clem: Alexandr: Tertiò ſub Philone & Charmida, Qvartò ſub Antiocho. De his omnibus Sextus Empiricius Pyrrhon: Hypotyp: lib: 1. c. XXXIII.* Ἀκαδημίαι δὲ γεγόνασιν, ὡς φασὶ, πλείους μὲν ἢ τρεῖς, καὶ μία μὲν καὶ ἀρχαιοτάτη, ἡ περὶ Πλάτωνα. Δευτέρα δὲ καὶ μέση, ἡ περὶ Ἀρχεσίλαον, τὸν ἀκουστὴν Πολέμωνος, τρίτη δὲ καὶ νέα, ἡ τὸν περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον. Ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν. τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι τὴν περὶ τὸν Ἀντίοχον. *Academiæ autem fuerunt, ut ajunt, plures tribus. Una qvidem eaq; antiqviſſima Platonis. Secunda & media Arceſilæ, qvi fuit auditor Polemonis. Tertia & nova Carneadis & Clitomachi. Sunt qvi his addunt qvartam*

Philo

qvi Platonicis ſubinde inſiſtebant dogmatibus, qvorum alii veteres, alii novi dicebantur. Veteres fuère (59) Speuſippus, (60) Xenocrates Chalcedonius, (61) Ariſtoteles Stagirita, (62) Polemon Athenienſis, (63) Crates Athenienſis, (64) Crantor Solenſis, & plures alii, qvi Platonis veſtigiis inſiſtentes (65) qvæ caperent, definiebant, qvæ non caperent incerta relinqvebant. Academici novi fuère (66) Arceſilas, (67) Lacydes, (68) Telecles, Evander, Hegeſippus Pergamenus (69) Carneades Cyrenæus, (70) Clitomachus Carthaginenſis (71) Philo & Charmidas, qvi (72) ſectas illas ſervitutis veteris Academiæ aſpernati libertatis ſcholam tenuerunt, in qva liberum eſſet de omnibus rebus, nullâ adhibitâ cujusq; authoritatis perſvaſione, judicare. Præter hos autem habuit etiam Plato ex Platonicis junioribus præcipuos ſectæ ſuæ aſſeclas, ejuſdemq; poſt obitum propagatores induſtrios inter

Philonis & Charmidæ. Sunt qvi etiam qvintam adjiciunt Antiochi. (58) *Ratio mutati nominis fuit, qvod Academicorum nomen eſſet ambiguum, maximeq; Arceſilæ ſectatoribus tribui ſoleret, ipſi autem Platonis exemplô certa qvædam dogmata tuerentur. Gerard: Joann: Voſſius cap. XVI. de Platon: junioribus.* (59) *Laërtius, qvi vitam illius deſcripſit, cujus &* ὅροι *ſuperſunt.* (60) *Heſychius, Galenus lib: X. de facult: medicam: & lib: II. de corruptione ſecundum genera* (61) *Ariſtoteles Platonis diſcipulus 20 annis erat, Socratis 3, qvi à doctrina Platonis poſtea deflectebat, unde & Plato: Recalcitrat in nos Ariſtoteles, ut in Matrem pullus. Diogenes l. III.* (62) (63) (64) *Diogenes lib. IV. & Heſychius l. III. ut & Antholog: l: VII.* (65) *Laërtius lib. III. ac totidem verbis Heſychius illuſtris.* ὁ Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. (66) *Heſychius lib. III., cujus & Seneca meminit de Benef. l II. c. X.* (67) *Gvilielmus Canterus lib: VI novarum lect. cap. XVIII.* (68) *ut Diog: Laërtius docet lib. IV.* (69) *Clem. Alex: Sextus Empiricius.* (70) *Idem Empir. Pyrrhon. Hypotyp: lib: II. c. XXXIII.* (71) *vide numerum* (57) (72) *Reſenius in Edda Islandica Snor-*

 ronis

inter

Græcos	Latinos.
I. (73) Philonem, Plotinum, Iamblichum, & Proclum Διάδοχον.	I. (76) Chalcidium. V. C.
II. (74) Maximum Tyrium, ut & Alcinoum.	II. (77) Apulejum Madaurensem.
II. (75) Bessarionem Cardinalem, & Gemistum Plethonem.	III. (78) Marsilium Ficinum.

Et hàc qvidem ratione propagata est, qvæ à Platone veteris Academiæ Principe fluxit, secta, qvæ Cultorum curâ adornata magis ac polita sensim accrevit, (79) Heracliticâ, Pythagoricâ, & Socraticâ inprimis mixta philosophiâ.

(80) Effi-

ronis Sturla. (73) Augustin: lib: VIII de civit: Dei cap: XII Ex Platonicis, inqvit, valdè nobilitati Græci Plotinus, Jamblichus, Porphyrius, Philonis exstant in paucos Plat: libros comment: Procli itidem Theolog: Platon: (74) qvi in Timæum commentatus est, (75) cujus epitome Philosophiæ Plat: exstat. Eusebius de præparat: Evang: lib: XI. (76) Illius libri IV exstant adversus Calumniatores Platonis, hujus de differentia inter Aristotelem & Platonem Basil: (77) Cujus Philosophica qvamvìs non contempseris, docente Magnif: & Nobiliss. Dn: Borrichio in Conspectu Scriptorum lingvæ Latinæ præstantiorum pag: 20 ¶ 37, ibidem tamen eandem censuram tulit, qvam in Philosophicis ante meruisse videbatur Plato pag: 9 num: (45) ipsum sc: translationibùs vocum sententiarumq; nimiùm fuisse audacem, & in soluta dictione propemodum Poëtam. (78) qvi Platonem vertit ac Plotinum. (79) Laërtius in Platonem, & totidem verbîs Hesychius illustris: Μίξιν ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ, καθ' Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ καθὰ Πυθαγόραν τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει. *Heraclitieorum, Pythagoricorum, & Socraticorum rationes commiscuit: Atq;*

in

(80) Effigies Platonis exſtat in Phyſiognom: Joann: Baptiſt: pag: 109, 130,

(81) De Platonis ſigillo ità docet Emanuel: fol: 93. col 2.
אָמְרוּ כִּי נִמְצָא כָּתוּב עַל חוֹתָם הֶחָכָם אַפְלַטוֹן כִּי תְּמוּנָתוֹ
עִם הֶהָרְגֵל נִמְצָא עַל כל דָּבָר שִׁלְטוֹן׃

CAP: II,

qvod

(α) Ἀπόδειξιν inſtituti, (β) & brevem Timæi epitomen, nec non ἀνάλυσιν continet.

AUreas inter ſententias egregia certè eſt, qvam apud Scaligerum (82) annotatam invenimus: nihil infeliciùs eorũ eſſe ingeniis, qvi mordicùs ſentiunt majores noſtros nihil ignoràſſe; qvod certè effatum uti verô qvidem verius, ità nuſqvam eos aut erràſſe, aut à veritate, qvod manifeſtiſſimis oppidò evincitur argumentis, non receſſiſſe temerè omninò non exiſtimandum, id qvod non tam mirum eſſe poterit, qvin tam profunda & abſcondita naturæ arcana ſcrutaturi ipſam veritatem ex tantis, in qvibus tunc temporis occulta qvaſi jacebat, latebris eruere ubiq; non potuerint; ut relicta eorum ſcripta proinde evolventes nihil niſi limatô politôq; judiciô priùs penſitatum in imitationem trahere

in iis qvidem, qvæ ſenſibus percipiuntur, Heracliti partes ſeqvebatur, ea, qvæ mente comprehenduntur, ex Pythagoræ ſententia tractavit: in rebus autem civilibus philoſophabatur ad mentem Socratis. Similiter Apulejus de dogmate Plat: Nam qvamvis de diverſis hæc ei eſſent Philoſophiæ membra ſuſcepta, naturalis ab Heracliticis, intellectualis à Pythagoræis, rationalis atq; moralis ab ipſo Socratis fonte &c: Qvod ad Pythagoram attinet, etiam Ariſtoteles lib: I. Metaphyſicorum initiô cap: VI doctrinam Platonis appellat τὰ πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις ἀκολουθοῦσαν, *in plerisq; ſectantem Pythagoram (80) (81) Ut teſtatur nobiliſſimus Reſenius (82) Scaliger Exercitat: 306 de ſubtilitat.*

here oporteat, & prorſus nihil, niſi qvod ad veritatem qvàm proximè accedere, duce ſenſû, luce naturâ, & teſte ratione animadverterint. Qvemadmodum enim nobiliſſima mentis humanæ Domina, animam puto, corpoream hanc, qvam circumferimus, molem longiſsimô poſt ſe relinqvit intervallô, ità virtutes ſuas tanqvam pediſſeqvas ſplendidisſima Regina veritas, qvippe qvæ è cœlo prognata non niſi Deum ipſum Authorem habuit & originem, ut veriſsimum eapropter Ariſtotelis ſit elogium, qvô veritatem tanti habuit, & tanti qvidem, ut nihil intereſſe ex qvo qvid dictum ſit, nec conſiderandum, qvis dixerit, ſed utrum verè dixerit, ſingulos veritatis amicos his verbîs amicè cohortari voluerit; Amicus qvidem Plato, amic⁹ Socrates, ſed magis amica veritas: qvod qvidem monitum ut veritatis in ſe numeros continet omnes, ità optandū ſanè, ut veritati, ſiqvidem homines ejus amicos qvàm maximè eſſe oportet, pro virili omnes velificarentur, & ità, ut aliorum neq; præjudiciis ſtolidè abrepti, neq; malè perceptîs turpiter occœcati liberi liberæ Philoſophiæ Cultores audirent, ſalutarentur, compellarentur. Etenim illuſtriſſima philoſphandi methodus ab illuſtrisſimis ea ſemper æſtimanda eſt viris, qvæ non tam eruditorum hominum authoritate, qvàm naturæ luce ſubnixa liberè atq; ingenuè abſq; ullo vel præjudicio, uti loqvuntur, vel ſervitute, in veritatis diſqviſitione verſatur, qvid qvod! maximam debitô jure lavdem ſibi vendicant, qvi nulli ſapientum ſectæ mancipati veritatem ipſam magnâ induſtriâ, ſtudióq; ſectantur, haud ignari hactenus extitiſſe neminem, qvi omnia viderit juxta illud Euripidis: ὐδεὶς ἀνὴρ πάνθ' ὁρᾷ, imò haud ignari, ingenuis indignius nihil eſſe ingeniis, qvàm iis, qvæ aut vèra, aut veritati proxima eſſe ipſa perſvaſerit ratio, non aſſentiri, itemq;, qvæ vel incerta, vel falſa eadem ratio monſtraverit, non refragari. Atq; his omnibus conſideratîs, cum ipſos Authorum fontes eòuſq;, donec ſuô olim tempore matu-

maturuerit ingenium, evolvendos ſtatuiſſem, atq; in divinum Platonem, Philoſophorum alioqvin facilè Coryphæum, veteriſq; Academiæ Principem, ejuſq; Phyſicam, vel, uti inſcribitur, TIMÆUM incidiſſem, mox eum amicè aggreſſus, obſervata paſsim plurima ut veritati partim conſona, itâ partim diſſona brevisſimis leviſſimæ hujus, qvam hâc vice ſubmiſſè exhibeo, diſſertationis pagellis inſerere decrevi, ratus non tam in ipſius verba jurandum, qvàm veritati, qvantùm qvidem in me ſitum erat, unicè conſulendum, litandum, velificandum. Interea temporis, imploratô Summi Numinis auxiliô, Candidum Lectorem pro ſua humanitate obnixè rogo obteſtorq;, ut candorem adhibiturus, ſi qvæ forte politâ minùs ratione conſiderata annotârit, ea benignè excipere haud dedignatus ſuô nos favore, qvi vaſtisſimum ingresſi campum hanc materiam Panegyriſten longè exercitatisſimum reqvirentem ſuſcepimus, erigat, inſtiget, inflammet, Platonici elogii haud immemor: *Ἀγαπᾷν χρὴ μεμνήμενον, ὡς ὁ λέγων, ὑμεῖς τεοὶ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι πέρα ζητεῖν.*

Verum enim verò libros inter Platonis cum Phyſicam ipſius præ cœteris explicandam nobis propoſuerimus, dubiam vocabuli τοῦ Timæi ſignificationem priùs enucleemus neceſſe eſt, obſervaturi fuiſſe (83) Timæum qvendam Siculum arrogantem, qvi ſe hiſtoriam ſcripturum jactabat, hôc videlicet commentô gloriam & eruditionis opinionem apud imperitam plebem capturus; fuiſſe autem & alium Philoſophum Locrenſem, cui divinum illud opus de rerum natura PLATO inſcripſit, ſubq; hoc titulo univerſam Phyſices explicationem complexus Timæum vocavit. Qvem (44) Doricâ dialectô maximè ſcriptum, &(85) à veteribus dif-

(83) ut Plutarchus in Nicia teſtatur. (84) Ocellus Lucanus in tractatu dè univerſi natura. (85) Chalcidius in Timæum pag. 21 Timæus Platonis, inqvit, à veteribus difficilis habitus eſt ad intelligendum,

non

ficilem intellectu existimatum Marcus Tullius Cicero Latinè reddidit, atq; de Universitate inscripsit, qvamvìs non desint, qvi Ciceronis esse negantes suppostititium esse asserant.

Sedulò autem in Dialogo hoc legendo distingvendum, qvæ Platonis, qvæ aliorum sit sententia, ipsius in persona Socratis vel Timæi proponi, alienam in Gorgiæ, Protagoræ, & aliorum. (86) Nec tamen putandum verè ista Socratem, vel istos dixisse, unde cum Plato coram Socrate legisset, Lysidæ dixit: ὡς πολλὰ περὶ μοῦ καταψεύδεται νεανίσκος, ut multa de me mentitur adolescentulus.

Hìs igitur ὡς ἐν παρόδῳ leviter breviterq́; delibatìs, ad ipsum Timæum nos accingamus, oportet.

TIMÆI itaq; argumentum, (ut ex ipso titulo apparet) est de universi natura, complectitur enim sententiam Platonis de rerum natura, id est de universi & omnium partium creatione, causis & facultatibus, adeò ut disputationis objectum sit Physices explicatio. Universim igitur explicatâ naturæ vi atq; efficaciâ de Homine agit omnium animalium præstantissimo. Est verò dialogus maximè φυσικὸς, nonnihil μετὰφυσικὸς, & in duas partes optimè dispescitur 1. τὸ προοίμιον ɔ: Præfationem, 2. φυσικὴν ἀκρόασιν ɔ: rerum naturalium tractationem; qvod primam attinet, accommodatè de rebus naturalibus agendum docet, tribuitq́; Timæo Locro Pythagoræo in hac materia versatissimo has partes; qvod secundam, ad accuratam omnium διασάφησιν descendit, ut ex seqventibus facillimè illucescit.

In

non ex imbecillitate sermonis obscuritate natâ, qvid enim illô virô promptius? Sed qvia legentes artificiosæ rationis, qvæ operatur in explicandis rerum qvæstionibus, usum non habebant, styli genere sic institutô, ut non alienigenis, sed propriis qvæstionum probationibus, id qvod in tractatum venerat, ostenderetur. (86) *Ut tradit Gerard. Joann: Voss. in tract. de Philos. sectis Cap. XII. p. 67.*

(87) Ἀεὶ

IN TIMÆI,

sive

In PHYSICES suæ frontispicio scrutaturus PLATO rerum originem & primordia, institutô cum amicis colloqviô, actisq; ad DEUM precibus, ità incipit:

pag: 526 edition: Marsil: Ficin: Lugd: 1590, & cons:

SECTIO I.

Ἔστιν οὖν δὴ κατ᾽ ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε. τί τὸ μὲν (87) ἀεὶ, γένεσιν δ᾽ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον (88) ὂν δὴ οὐδέποτε, τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ὂν, τὸ δ᾽ αὖ δόξῃ μετ᾽ αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δ᾽ οὐδέποτε ὄν.

Sunt igitur juxta meam sententiã hæc priùs distingvenda, qvid sit, qvod (87) semper est, ortum verò non habet, & qvid, qvod gignitur (88) neq; semper est. Illud intellectu per rationẽ percipitur, cum semper sit idem, hoc opinione cum irrationali sensu opinabile, nascens & periens, verè autem non semper existens.

Creatorem inter & Creaturas discrimen hâc primâ hypothesi constituturus PLATO distingvit inter τὸ ὂν ἀεὶ, & τὸ γιγνόμενον, τὸ ὂν nimirum illud τὸ ἀεὶ hujusmodi esse, ut nullam habeat

(87) Ἀεὶ *semper, perpetuò. Demost: contra Midiam:* ἀεὶ καὶ πανταχοῦ θεοῖς ἐχθρὸν καὶ βδελυρόν. *Sic* ὁ ἀεὶ χρόνος, *æternum tempus, &* οἱ ἀεὶ ὄντες θεοὶ, *immortales Dii apud Xenoph: Dicitur &* ἀεὶ, *pro qvo Poëtæ* αἰεὶ *utuntur, de brevi tempore, ut Homerus Iliad:* A. ℣. 51.

Αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Idem Ψ. *& alibi.* (88 *Neq; semper est, ut Diogenes Laërt: lib. III p. 225. exponit,* μὴ ὂν δὲ διὰ τὴν συνεχῆ μεταβολὴν, ὂν μὲν διὰ τὸ γένεσιν αὐτοῦ εἶναι. *Non est qvidem propter assiduam mutationem, est autem propter generationem.*

(89) *Vi-*

at γένεσιν, ſed verè ſit αὐτὸ ὂν & αὐτὸ ἀεὶ, τὸ γιγνόμενον autem nunqvam eſſe, ὂν δὲ οὐδέποτε, eô videlicet modô, qvô illud τὸ ὂν, qvod ex illa τοῦ γιγνομένου comparatione æternum ab ipſo intelligitur, utut & ipſa γιγνόμενα id eſt res creatæ ſuô modô dicantur ὄντα.

Qvæ qvidem qvæſtio qvamvis Phyſicæ neceſſariò non ſit conſiderationis, in ea nihilo minus licèt non per ſe, tamen per accidens tractatur, ideſt qvatenus hoc univerſum, & qvicqvid ipſius ambitû continetur, non per ſe aut temerè exiſtere, ſed Creatoris vi atq; potentiâ concipimus. Qvod autem aliqvid principii & finis expers detur, ac eapropter æternum ideſt Deus, manifeſtiſſimum eſt, qvippe qvi & principio exiſtentiæ ſuæ & fine caret, qvo niſi careret, factum eum aliqvando eſſe, qvin & ab alio, atq; itâ eſſe Ens dependens meritò conſeqveretur, imò niſi nullum agnoſceret finem, non eſſe eum abſolutè perfectum, qvod abſurdum eſt, aſſereretur. Rectè itaq; cum Platone cum aliqvid ſemper ſit, & perpetuò non poſſit non eſſe, aliqvid illud eſt æternum, i. e. DEUS. At longè aliâ ratione cum Creaturis reſpectû Creatoris res ſeſe habet, qvæ per τὸ aliqvid, qvod gignitur, neq; ſemper eſt, in qvæſtione propoſita deſignantur, cum enim principium generationis aliunde habeant, utiq; gignuntur, cúmq; interitura ſint utpote variis mutationum viciſſitudinibus obnoxia, non ſemper exiſtunt certô ad Deum reſpectû, qvippe qvi ab æterno verè fuit, eſt, & erit. Abſurdius itaq; nihil eſt, qvàm creaturam, qvæ ex non eſſe ad eſſe traducitur, Creatori eſſe coæternam.

II.

Πᾶν δὲ αὖ τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίγνεσθαι. παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν σχεῖν. Ὅπου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ

Omne autem genitû ab aliqva cauſa neceſſariò gignitur, impoſſibile enim eſt abſqve cauſa aliqvid oriri. Qvando igitur Opifex ad id qvod

πω-

τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν. οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ ἀρχῆς τινὸς (89) ἀρξάμενος. γέγονεν. Ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων. Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητὰ, τὰ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γιγνομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. Τὸν μὲν οὖν (90) ποιητὴν καὶ (91) πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ τὸν εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

eodem modô se habet, semper aspiciens & hujusmodi exemplo usus ideam vimq; in opus educit, pulchrum necessarium est fieri omne, qvando verò ad factum genito exemplari usus, minimè pulchrum. Universum itaq; cœlum, aut mundus, sive qvo nomine maximè gaudet, nobis cognominandum est. De qvo primò considerandum, sicuti in omni qvæstione priùs oportet investigare, utrum semper fuerit generationis principiũ non habens, an factum sit a principio aliqvo (89) ortum? factum est. Visibile enim & tangibile est, & corpus habet. Omnia verò hujusmodi sensibilia sunt, sensibilia verò ratione percipiuntur & genita esse videntur. Qvicqvid autem gignitur, ab aliqvi causa necessariò gigni asseruimus. (90) Opificem qvidem & Patrem hujus universi invenire difficile, & inventum omnibus prædi care impossibile.

Genitum esse mundum, ideoq; non ab æterno, sed initiô tem-

(89) Vide de his Apulejum lib: de Deo Socratis, & Augustinum lib: IX. de vit: Dei cap: VIII. & IX. Ἀρξάμενον *ortum, inceptum verbi* ἄρχομαι *ut, Greg: de Theol: l: 1.* οὐκ ἄρχετο γὰρ ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων δεσ-

πό-

temporis extitisse cùm Sacra non minùs testetur pagina, qvàm pleriq; consentiant Philosophi præter Aristotelem aliosq;, sed eos paucissimos, qvi mundi æternitatem certis rationibus asserere qvidem conati sunt, verùm minùs feliciter, Platonicam amplectimur sententiam observaturi, qvòd per τὸ vocabulum ἀρξάμενον non nisi temporis principium connotetur, id qvod ex genuino vocabuli usu ac significatione manifestè patet. Non valet itaq; (92) Peripateticorum sententia, qvam verba ipsius nimiùm torqvendo Platoni affingunt; ajunt enim eum, cum mundum ait genitum non loqvi de mundo genito secundum principium temporis, sed de principio secundùm causam, ut sic mundus à Deo dicatur, uti lumen est à Sole, qvâ certè ratione mundus juxsta Aristotelicorum opinionem Deo esset coæternus: Sed non esse eam Platonis mentem certissimùm est, cùm is dicat, cœlum naturâ suâ esse corruptibile, ac divinâ solùm voluntate conservari. Mundum itaq; in tempore, non verò ab æterno extitisse statuimus, qvod enim creatum est, esse suum accepit, adeoq; illud non habuit, qvod autem aliqvando esse suum non habuit, non potest esse æternum.

III. τόδε

πότης. à Them: ἀρχή, ut Plato Pol. 2. ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον, ἀρχὴν λαμβάνειν. Idem de Leg: (90) ποιητὴν, Opificem, qua vox Deo oppidò convenit, ut Platoni injurius eapropter dici mereatur Gerard: Joan: Voss: tractat: de Philos: sectis, qvi Platonem exinde taxat, qvod Deum δημιουργὸν appellet, non ποιητὴν (91) πατέρα Patrem, qvod epithethon Deo congruè tribuitur ut Hom: Iliad. O.

— ὁ δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

Deductum esse à σπείρω, ut dicatur, πατὴρ qvasi σπατὴρ, tradiderunt Gramm: sicut & Lat: sator pro Patre dicitur. Eustathius Deū πατέρα apellari scribit, qvasi πάντα τηροῦντα hominem verò qvasi παῖδας τηροῦντα. (92) de qva controversia Taurus in Commentari͗ Timæi, ut & Porphyrius, & Proclus Platonici.

(93) πα

III.

Τόδε δ' αὖ πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν (93) παραδειγμάτων ὁ (94) τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε (95) δημιουργὸς ἀγαθὸς

Rursus considerandum est hoc, ad qvod (93) exemplar (94) fabricator illud operatus sit, utrũ juxta id, qvod similî modô se habet, an ad genitum: si verò pulcher est hic mundus, & (95) fabricator mundi bonus, sempiternum imitatum eum esse mani-

(93) παράδειγμα, *exemplar, ut* παράδειγμα πονηρίας *apud Isocrat: & Thuc: 3.* παράδειγμα αὐτοῖς ἔτι ἐγένετο. (94) Τεκταινόμενον ɔ: *fabricatorem Deum Plato appellat, qvod vocabulum certô qvidem respectû non ineptè tribuitur, subintellectâ certâ qvadam materiâ, ex qva priùs creata Deus juxta lubitum operatur. ut Heb: XI. 10. Operariis licèt maximè conveniat, ut Matth: XIII, 15,* τοῦ τέκτονος υἱός, *Homer. Iliad. Z vers: 62.*

Ὅς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας.

(95) Δημιουργὸς & Δημιοεργὸς *Poeticè q: d: qvi publicè operatur, vel opifex publicus. Sic Sol dicitur* ἡμέρας δημιουργὸς *apud Naz:* Δημιουργοὶ νόμων *apud Aristot: Pol: 2.* Δημιουργοὶ, *qvi populo praerant apud Democr. Hesych. Eustath: Tribuitur etiam, Deo ut Hebraeor: XI. 10. (qvamvìs locutio non sit propria,)* ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. *Exspectabat enim illam fundamenta habentem Civitatem, cujus artifex & conditor Deus: ut injurius proinde Platoni nimis esse videatur Gerard: Joan: Vossius, qvi Platonem ea propter, qvòd* Δημιουργὸν *Deum appellet, ¶ 7. & ¶ 8. pag. 68 arguit: In eo autem, inqvit, à Platone aberratum, qvòd mundum à Deo conditum putârit ex materia coaeterna, unde Deum* Δημιουργὸν *i. e. fabricatorem vocat, eoq; nomine Platonicos arguit Theophilus Antiochenus lib: II: ad Antolychum. A Platone eum errorem hausit Hermogenes hereticus, adversùs qvẽ Tertullianus fuse disserit. Nec patrocinantur Lactantius, Augustinus Theodoretus, qvi mundûm ex informi materia creatum putant,*

 nam

ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν. εἰ δὲ (ὁ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις) πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον. ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. Τούτων δ' ὑπαρχόντων ἂν, καὶ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι.

festum est, sin aliter, (qvod ulli dicere nefas) ad genitnm. Singulis verò notum, qvòd sempiternum sit imitatus, cum mundus genitorum sit pulcherrimus, & Author causarum optimus. Qvod superest, necesse est hunc mundum alicujus simulacrum esse.

De (96) ideis Platonicis cum varii varia senserint, (97) pleriq; dissenserint, nos positô rectè calculô, veram investigaturi sententiam, Philosophicā causæ exemplaris expositionē primò enucleemus oportet. Exemplar autem (qvod est forma, qvā agentis finem sibi determinantis intentionis effectus imitatur) duplex esse statuunt, externum & internum, illud qvidem formam esse extra animum, hoc verò formam esse intellectû conceptam, &, qvòd ab intellectu agatur, intentionali duntaxat modô, ut loqvuntur, effectum repræsentare, idemq; Deo convenire, qvippe qvi ad perficienda sua opera nullo

nam hi non increatam putant materiam, sed priùs creatam, ac deinde mundum ex ea conditum. (96) *Vide qvæ Syrianus de Idëis contra Aristotelem disputavit Comm: in lib: II.* τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *ac inprimis lib: XI. Item Plethonem Gemistum, nec non Alcinoum de dogmat: Plat: imò Porphyrium lib: VII, qvos de Platonis & Aristotelis consensu scripsit, ut & Boëthium. E junioribus Joannem Mirandulanam lib: VI Examinis vanit: gentium, & veritatis Christianæ cap: XV, & Fr. Venetum minorem libro de harmonia mundi cantici II, 5 capit:* (97) *Lucianus in Icaromenippo, ac SS: Patrum non pauci eas rejiciunt. In his Justinus orat: ad Græcos. Ambrosius lib: IV de fide cap: 3 & librô Hexaëm: cap: 1 & 2. Nazianzenus Orat: II de Theologia. Augustinus lib: LXXXIII qvæstionum, qvæst: XLVI & Cyrillus lib: II in Julianum. B: Irenæus lib: II adversi hæreses cap: XIX multa deliria ex Platonicis ideis fabricata esse auctor est.*

(98)

nullo externo eget exemplari, utpote qvi absq; illo exactissimè rerum omnium essentias singulares tam cognoscit, qvàm producit. Per mentem enim & sapientiam æternam agit, qvæcunq; extra se agit, haud dubiè tamen formas rerum creatarum priùs cognitas & qvasi mente conceptas tenet, qvàm eas ipsô opere exprimit: de qvo tamen exemplari divino duo præsertim probè annotanda veniunt: 1 conceptum divinæ mentis non esse actum elicitum, & productum, qvemadmodum conceptus hominum & Angelorum sunt, sed secundum rem ipsam essentiam divinam, qvæ solùm qvoad nostrum cognoscendi modum qvasi conceptus habet, qvatenus ad objecta intelligibilia terminatur, & qvidem est instar actus practici, qvatenus circa agenda versatur; 2 Deum habere ideas rerum naturalium, & ex earum præscripto, qvæcunq; oriuntur, procreare, homines verò non nisi rerum arte constantium ideas ad actum sive usum traducere posse, ut ut corporum naturalium essentias vel formas & ipsi aliqvali modô intelligant. Datæ exemplaris in externum & internum distinctioni addimus adhuc aliam ejusdem divisionem, qvâ dispescitur 1 in πρωτότυποι & ἀρχήτυποι, 2 ἔκτυποι, utrumq; iterum dupliciter absolutè vel secundum qvid: sic exemplar absolutè primum est, qvod ità aliarum rerum est exemplar, ut ipsius nulla detur causa exemplaris, qvâ ratione Deus aut divinæ mentis idea est exemplar omnium actionum & effectuum ipsius, cui opponunt exemplar secundum, qvod ad alterius similitudinem effictum est, qvomodo omnes res naturales à Deo secundum ideas mente ipsius abæterno conceptas conditæ sunt. Sicq; explicatâ, Philosophorum de ideis, vel, uti loqvuntur, causis exemplaribus sententiâ, Platonis mens facillimè capitur, qvippe qvi per ideas nihil aliud designatum voluit, qvàm exemplarem qvandam imaginem in ipsius Dei substantia existentem, extra Deum non ità, atq; ad illam imaginem νοητικὴν vel idealem mundum hunc γηινὸν ɔ: terrenum & typicum creâsse, sicuti Boëthius lib: 3 cecinit:

cuncta

— — — — cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, simili sub imagine formam.

Qvæ qvidem sententia cum ipsi haud refragetur veritati, ut ut ab Ethnico tradita, consensum tamen meretur; statuimus enim qvod exemplar, ad qvod singula creata sunt, sit æterna illa rerum omnium notitia, qvam Deus apud se semper habuit ab æterno conceptam, factam verò nunqvam, suffulti etiam patrocinio Magni nostri Brochmanni aliorumq; Orthodoxorum asserentium creationis causam formalem, rerumq; productionem in eo constitisse, ut 'αρχητύπῳ in mente divina (ut ità dicam) præexistenti exactè responderet. Hæc verò Idea, qvæ fuit exemplar mundi, non fuit mala, vel corruptibilis, sed bona, unde etiam Plato dicit, qvod qvia mundus genitorum omnium sit pulcherrimus, & ejus Author causarum omnium optimus, dubium non sit, qvin sempiternum ɔ: bonum, & non corruptibile sit secutus exemplar. (98) Cum enim ea, qvæ videmus, sint corruptibilia, debemus animi oculos intendere informas rerum internas, prout menti insunt Dei, qvomodo homo immortalis, eqvus immortalis: itidem cum actiones etiam aliqvid ex vitio trahere soleant, debere nos proponere animis nostris virtutem non in concreto, qvâ ratione imperfectæ sunt & pereunt, sed in abstracto, qvâ ratione ea est in mente divina, ac qvodammodo etiam est hominis sapientissimi animus, qvi meliùs mente virtutem concipit, qvàm vitâ exprimit. Qvomodo Xenophon meliùs virtutem exprimit in Cyro, qvàm ea in Cyro fuit: ut omnino si secundùm virtutem vivere volumus non Cyrum fortem, justum Aristiden, nec continentem Alexandrum nobis proponere debeamus, sed justitiam, continentiam, patientiam secundùm naturæ suæ perfectionem.

IV. Aé-

(98) *explicante sic Vossiô post rejectam de nulla Idearum Platonicarum existentia opinionem earundum fautore tractat: de Philos: Sectis cap: XII. pag. 69. seqv.*

IV.

Λέγωμεν δὴ δι' ἣν αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ (99) ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ.

Dicamus qvidem, qvam ob causam ille rerũ(99)Author hoc universum constituit. Bonus erat, bonus autem nunqvam ulla de re invidiâ tangitur, hujus autem expers omnia qvàm maximè simillima sibi fieri voluit.

Universi hujus causam non qvidem efficientem, sed impulsivam fuisse immensam Dei, qvâ nunqvam non exuberat, bonitatem, id est voluntatem benignissimam statuit Plato, idq; non scitè minùs, qvàm verè, cum enim summè bonus Deus esset, benignus, perfectus, qvin & hunc mundum, (ut cum Cicerone loqvar) omnibus implere bonìs statuisset, nihil mali admiscere, ob meram voluntatis benignitatem, non ullam indigentiam angelos in cœlo hominesq; in terra constituit, ut suæ beatitudinis qvodammodo, qvantùm per creaturarum naturam id fieri poterat, κοινωνοὺς & participes haberet, qvin & totam mundi machinam boni gratiâ bonam fecit & qvidem valdè bonam.

V.

Βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ (101) ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ (102) κινούμενον πλημμελῶς καὶ (103) ἀτάκτως εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς (104) ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔ-

Volens itaq; Deus bona qvidem omnia fore, nihil verò juxta potestatem malum, omne visibile assumens non (101) tranqvillum, sed *(102)* agitatum incompositè & *(103)* indigestè in ordinẽ (104) ex inordinatione redegit ratus hoc præstantius esse. Fas autem neq; erat, neq; est, qvic-

(99) ξυνιστὰς *rectè Deo assignatur, qvippe qvi omnia sapientissimè constituit.* (900) παραπλήσια, *similia, Diosc: l: 3.* πόα ὑπερικῷ παραπλήσιος *Demost:* παραπλήσια τούτοις ἐστί.

(101) Ἡσύχ

στι τῷ ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο πλὴν κάλλιστον. 2. λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαι ποτ' ἔργον. νοῦν δὲ ἂν χωρὶς (105) ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι συνιστὰς, τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο, ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τι ἔργον ἀπεργαζόμενος.

qvam nisi pulcherrimum facere eum, qvi est optimus. Excogitans igitur invenit nihil eorum, qvæ secundum naturam videri poterant, si expers intelligentiæ sit, intelligente aliô, totum totô pulchrius fore, intellectum verò alicui sine (105) anima dari non posse. Hâc ratione mentem qvidem animæ, animam verò corpori dedit, totumq; ità mundum constituit, ità operatus, ut pulcherrimum fieret opus & juxta naturam optimum.

(101) *Ἡσυχίαν ἄγον ut & ἡσυχίαν ἔχον pro ἡσύχιον tranqvillum usurpatur. Significat itidem qvietem, qvam pax affert, unde pro pace & induciis sumitur, ut Hom: Iliad: φ v: 597.*

Ἡσύχιον δή ῥα μιν πολέμου ἐκπέμπε νέεσθαι,

pro qviete somni ut Herod: l: 1 ἡσυχίαν δὴ παρασκεύαζον αὐτῷ ut & otio, unde καθ' ἡσυχίαν per otium apud Xen: sic & apud Thuc: sæpe & Herodian: ἐν ἡσυχίᾳ ἀτρίβειν, item silentio ut πενταετὴς ἡσυχία πυθαγορείων. Laert: sic & apud Luc: & Plut: in Coriol:, ut & solitudine ut Cic: interpret: apud Xen: apomp. 2. (102) κινούμενον agitatum, qvod motum vehementem intendit, ut Homer: Iliad: A: vers: 45.

Αὐτοῦ κινηθέντος — — —

ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο.

Illô se movente, clanxerunt sagitta in humeris irati. Idem Δ v: 281.

Δήϊον ἐς πόλεμον πυκιναὶ κίνυντο φάλαγγες.

(103) ἀτάκτως inordinatè, indigestè. Thuc: l: 3. ἀτάκτως καὶ οὐδενὶ κόσμῳ προσπίπτοντες. Item more ejus, qvi incompositis est moribus. Isocr: ad Nicol: (104) ἐκ ἀταξίας ex inordinatione, ut ità dicam, vel ordine conturbato, Thuc: l: 2. Phil: de mundo, accipitur & pro ordine in acie non servato Hellen: 3. (105) ψυχὴ anima verbi ψύχω spiro, refrigero flatu: sumitur hîc propriè à Platone. Significat metalepti

1 Ut ad integram mundi pulchritudinem, cum bonitatis ſplendor ipſa ſit pulchritudo, nihil deficeret, indigeſtam, qvam creaverat, maſſam, & informem, ut cum Ovidio lib: 1 Metamorph: loqvar,

Ante mare & terras, & qvod tegit omnia, cœlum
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Qvem dixère chaos, rudis indigeſtaq; moles,

hanc (inqvam) informem, temereq́; fluitantem molem in ordinem redegit pulcherrimum, ratus non ſufficere omnia ex nihilo condidiſſe, niſi condita etiam decentiſſimò diſponerentur ordine. Elucet autem iſte ordo ex ſuperiorum & inferiorum in ſyſtemate mundano collocatione, ex mutua elementorum copula, ex harmonicis corporum cœleſtium motibus, annos, menſes, dies & horas efficientibus, &, ut breviter me expediam, ab arctiſſima illa omnium corporum partiumq; unione & εὐταξίᾳ pulcherrimâ. Unde mundus etiam ab elegantia dictus videtur, ſicut & κόσμος ordinem & ornatum ſignificat, teſte Pliniô lib: II. juxta illud:

Non aliô mundus debebat nomine dici,
Nomen ab ornatu convenienter habet.

2. Deliqvium autem in eo à Platone commiſſum, qvod mundo animam datam eſſe, adeoq́; animal eſſe intelligibile aſſerat, uti & Virgil: lib: VI. Æneid: cecinit:

— — — terras campoſq́; liqventes
Spiritus intus alit, totoſq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magnô ſe corpore miſcet.

Qvam qvidem ſententiam Authori tutò remittimus, idq́; certis de rationibus. Cum enim hujus corporis, qvod mundum Plato appellat, partes ſint non tantùm diſtinctæ, ſed à ſe ipſis etiam locô & intervallô maximè ſeparatæ, omnia & ſingula in univerſo mundi ſyſtemate contenta unam habere ani-

lepticè vitam. Thuc: περὶ τῆς ψυχῆς δὶ ἐκείνυς κινδυνεύονται. Brutis qvoq; animantibus tribuitur ut Homer: Odyſſ: ξ (de ſue)

— — — — τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ

mam certè dici non possunt. Ut taceam, astructâ Platonis hypothesi, plurima, qvæ meritò conseqverentur, absurda, animam sc: rerum instar corporearum re ipsâ partibilem futuram, mundi partes animatas fore, qvas tamen vel animatas, vel ratione præditas nemo sanioris judicii dixerit, deniq; cum ipsarum mundi partium qvædam sint rationales, qvædam irrationales, fieri certè non posse, ut una hæc universi anima singularis tam contrarias, sibiq; ipsis repugnantes conditiones admittat. Etenim cum in rebus ipsis, qvæ moriuntur, qvædam citissimè pereant, ut vermiculi & muscæ &c, qvædam diutissimè vivant, ut cedri, arbores, cornix, cervus &c, unde fiet, ut hæc mundi anima, qvæ tamen ex Platonis sententia una duntaxat est, partim mòrtua dici possit, partim viva? Facilè itaq; Platonis sententia corruit, cum enim illud solùm animal sit, cujus partes & membra non modò unô eôdemq; continuô corporis continentur vinculô, sed unô etiam reguntur spiritu, certè mundus hic nullam agnoscit animam. Nec Deum juxta aliorum assertionem, sed ineptam, animam hujus mundi dici posse statuimus, cum pars suæ creaturæ non possit esse Creator, sensû nisi Metapho-

& apud Lucan: ἡ ψυχὴ τῶν ἀστέρων, dicitur etiam de plantis, im propriè a. pro sangvine accipitur apud Aristoph: in Nub: καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσι, *animam exugunt. Latinè animus, ratio Isocr: ad Demon:* ἡ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι δοκεῖ. *Synechdochicè homo ut Rom: c. 13.* πᾶσα ψυχὴ ὑποτασσέσθω, *& apud Hom: Iliad:*

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

(106) ζῶον *animal vivum verbi* ζώω *Poët: pro* ζάω *vivo Plutarch: de liberis educandis* πρὸς δὲ τὸ τῶν πλουσίων πνεῦμα ζῶντες *Homerus Iliad:* Π *vers: 14.*

Ζώειν μὰν ἔτι φασὶ Μενοίτιον Ἄκτορος υἱόν.

Vivere qvidem adhuc ajunt Menætium Actoris filium. (107) ἔμψυχον *animâ vitali præditum, spirans verbi* ἐμψυχόω *animo.* (108) ἔννουν *contractè pro* ἔννοον *mentis compotem ab* ἐννοέω *cogito, Plato in Pol:* τὸ δὲ οὐκ ἐννοοῦμεν. *Plut: de Pomp:* οὐχ' ὅτι ἦν Μάγνος ἐννοῶν.

phoricô, qvatenus etiamnum æqvè ac initiô hoc universum suâ moveat foveatq; prudentiâ, qvin & omnia sapientissimè gubernet ac moderetur.

V I.

οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν, τόνδε τὸν κόσμον (106) ζῶον (107) ἔμψυχον (108) ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.	Sic igitur juxta probabilem rationem oportet dicere, hunc mundū (*106*) animal (*107*) animatum esse (*107*) intelligens, & revera Dei providentiâ constitutum.

Ut temerè jacta fundamena superstructis ædibus ruinam facilè minantur, ità ex inepta affirmata hypothesi inepta infertur consequentia. Statuit Plato, ut supra sectione 5ta demonstratum, mundo animam datam, eandemq. opinionem iterum confirmaturus mundum animal esse dicit, & qvidem intelligens. sed, uti illa, ità & hæc facilè corruit opinio, cum enim animam ejusmodi, ut Plato existimavit, mundus non habeat, utiq; animal eum esse, nedum intelligens facillimô unusqvisq; animadvertere poterit negotiô. Laudanda autem in eo meritò est Platonis sententia, qvòd mundum divinâ providentiâ constitutum esse affirmet, his verbis non modò non astruens, sed & amplificans priorem, ut ex sectione 2da patet, assertionem de summo Authore, qvippe qvi mundum ab æterno non duntaxat constituere, sed divinâ etiam providentia omnia pulcherrima sibiq; qvàm simillima fore sapientissimè decrevit.

RELIQVA CUM DEO AC DIE.

COROLLARIA.

I. PLatonem cognoviſſe Deum,& præter eum ſtatuiſſe tamen Deos duplices dæmones & heroas non eſt contradictio.

II. Plato arbitratus mundũ cœpiſſe Theologus melior eſt Ariſtotele,exiſtimans autem mundum à Deo conditum ex materia coæterna Philoſophus pejor.

III. Platonem Pöemata ſua, auditô Socrate, in Dionyſiaco theatro igni injeciſſe verba ipſius apud *Diogen: Laert:* lib: III teſtantur:

Huc ades O Vulcane, Plato nam te eget in hac re.

IV. Epiſtola Xenophontis Æſchini Socratico ſcripta, atq; apud *Euſebium præparat: Evang:* lib: xxiv, & *Stobæum* ſermone de Diis citata confirmat *Diogenis* lib. III teſtimoninm de inimicitia, qvæ fuit inter Platonem & Xenophontem.

V. Qvòd ad Cleombrotum, (qvi malè intellectîs Platonis verbîs in Phædone; οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μέλλουσι, ſemet ipſum eapropter interficiebat,) alludat Ovidius, veriſimile eſt, qvando ſic in Ibin.

Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo,
Ut qvi Socraticum de nece legit opus,

VI. Abamnonis epiſtolam ſcriptam ad Anebonem, & de Platonicæ Philoſophiæ fine diſputantem non eſſe ipſius, ſed Jamblichi ſtatuimus.

Ad

Ad Præſtantisſimum Præſidem,

Cognatum, & fratrem perdilectum,

Sic tua demiſſô repetunt cunabla volatû
Cum redolente, PLATO, munere mellis apes;
Per thyma, per flores collectô nectare ſpargit
Jam qvoq; pulvinar gens operoſa tuum.
Mellilegos ſocios revocate, PLATONICA, tanti
Molliter ut libent labra venuſta Viri.
Hæc circùm doctô video volitare ſuſurrô
Tot, mea qvas meritò Muſa celebret apes.
Has inter fauſtîs effers conatibus alas,
PRÆSES tanto eqvidem digne Parente tuo.

JOANNES JACOBI BIRCH:

Lectisſimo, atq; ingenioſisſimo Reſpondenti.

QVos laudis culmen ſtimulat, qvos celſa cupido
Inſtigat, renuunt inferiora ſeqvi,
Æmulus hos ſeqveris clari, SCHRŒDERE, Parentis,
Inde ſeqvetur honos, gloria, laudis apex,
Dogmata dum magni volvis reputaſq; PLATONIS,
Volvitur in celebri cardine fama Tui,
Gratulor hinc cœptis, laudandos grator & auſus,
Auſibus at tantis danda corona venit;
Perge bonîs avibus, præſtantes exſere vires,
Qvò tibi ſplendeſcat, qvà patet orbis, honos.

ità aſſurgit
JOH: BIRCHERODIUS

Eidem

Eidem.

LAus, honor, & famæ decus est, SCHRØDERE, perenne
Doctorum doctâ volvere scripta manû;
Sic dum scrutaris sublimia scripta PLATONIS,
Post cataractarum claustra latere negas,
Hinc voveo tua facta Tibi, tua frondeat ætas,
Et vehat æternâ Te bona fama rotâ.

ità gratulatur
PETRUS SCHIELDERUP.

Eidem

HÌc fruges gratas demonstras mentis abundè,
Hìc animi vires excolis arte tuas.
Perge igitur SCHRØDER mente indagare sagaci,
Sidera qvò celsô vertice tangat honos.

ità applaudit
SAMUEL BUGGÆUS.